

CONRADI GESNERI medici Tigurini Historiæ Anima lium Lib. I. de Quadru pedibus uiuiparis.

O P V S Philosophis, Medicis, Grammaticis, Philologis, Poëtis, & omnibus
rerum linguarumq[ue] uariarum studiosis, utilissimum &
mul iucundissimumq[ue] futurum.

A D L E C T O R E M .

H A B E B I S in hoc Volumine, optime Lector, non solum simplicem animalium historiam, sed etiam velati comi-
mentarios copiosos, & casuigationes plurimes in veterum ac recentiorum de animalibus scripta que videre hacennus nobis
licuit oratione: precipue vero in Aristotelis, Plinij, Aelian, Oppiani, authorum rei rustice, Alberti Magni, &c. de animalibus
lucubrations. Taum erit, candide Lector, diligentissimum & laboriosissimum Opus, quod non minori tempore quam
quidam de elephantis fabulantur, conceptione efformationeque nobis, diuino auxilio nunc tendem in lucem adiutorius, non modo
boni consulere, sed etiam tantis consilibus (ut dicerum quoq[ue] Tomou catus & alacrius absoluamus) ex animo suare ac be-
ne precari: & Domino Deo bonorum omnian authoris servatorijs, qui tot tantasq[ue] res ad Universi ornatum, & uerius hom-
inum usus creavit, ac nobis ut ex contemplacione uitam, ualedicinem, otium & ingenium donant, gratias agere maximas,



TIGVRI APVD CHRIST. FROSCHOVERVM,
ANNO M. D. LI.

uocant, cerui palmati nomine intelligi. Illud etiam ceruorum genus, quod aliqui uocant brandiburg, Ge. Agricola tragelaphum interpretatur, cornua in summo latiuscula & tanquam e palmis digitata habet. Rangifer, inquit Bellunensis, cornua duo extrema habet ut ceruus, sed maiora & longiora, ut pote cubitorum quinque, ramos augens ad numerum quandoque quindecim. Alia duo in medio capitis habet, ferre ut cornua damæ lata, ramis exiguis & brevibus circundantibus, præter hæc alia duo frontem spectant, non cornibus, sed ossibus scapularum similia.

Rangiferi equis celerius per niuem currunt in locis quibusdam Scandinaviae: ubi & metallis praefecti quadringentes aut quingentes rangiferos alere solent, ad uehicula, currus, trabeas, & equitandi usum. Quinetiam mulgentur, & omne genus lactarij operis ex ipsorum lacie conficitur, Olaus magnus. Tengillus Scricfinnorum in Scandinavia rex equitatum habet rangiferis insidentem, & vincit tamen (aliquando) Helsinglandæ regem Argrimum, cuius equites equis utuntur, Idem. Quamobrem miror quod Munsterus scribit: Hoc animal equitem dorso non fert, sed antilena impo sita iungitur uehiculo. Rangiferi circiter triginta miliaria uno die emetuntur, trahentes etiam traheas ualde onustas, Olaus. Par fermè etiam alcis celeritas prædicatur. Sed dies aestiu in regionibus illis longissimi sunt, ita ut circa solstitium nulla propemodum nox sit. Rangiferorum neruis utuntur ad arcus, & alicubi ubi clavis carent ad nauium tabulas compingendas, Olaus.

DE RHINOCEROTE.

28
Picture hec Alberti Dureri est, que clarissimus ille pictor (cuius etiam libri de pictura extant) Rhinocerotem Emmanuel Lusitanum regi anno salutis 1515, è Cambaya Indiae regione Vlyssonam allatum, per pulchre expressit. Rhinocerotis, id est naricornis, nuper pictam uidimus imaginem, referentem ex hoc genere animal, quod per haec tempora Lusitanum regi ex India allatum est, Ang. Iustinianus hanc ipsam indubie, quam hic datus, imaginem intelligens.

A.

RHINOCEROS elephanto similis est, cornu in nare habet, unde nomen, Dion. Eminent enim ei unicū de summo naso cornu, ut in progressu pluribus dicemus. Quamvis autem & alia quædam singulis animalia cornibus conspiciantur, ut oryx, onager siue asinus Indicus: cæteris tamen à media fronte, huic uni è naribus prominet. Et cum unicor nus maximus hic sit, monocerotis, id est unicornis nomen, apud recentiores præsertim & imperatores, per excellentiam aliquando fortitur. Etsi uero reprehendi non potest, qui pro rhinocerote unicornem dixerit, ut qui speciei nomen generis tribuit: quanquam id aliquando ignorantiae signum est, aliquando errandi causa alijs: omnino tamen reprehendendus est, qui pro monocerote rhinocerotem dixerit: siue monocerotem ut genus accipias, quod fieri quidem potest, usitatum tamen non est: siue certam animantis speciem, quam in monocerote descripsimus. Quamobrem errant & alij multi recentiores, Isidorus, Albertus, & eos secuti, & nostro seculo eruditæ quidam medici, Cardanus & alij: qui & nomina confundunt, & medicas uires rhinocerotis cornu adscribunt, quæ monocerotis siue asini Indici propriæ sunt. Vide plura supra in Monocerote A. Pausanias in Bœoticis, tauros esse scribit in Aethiopia, qui rhinocerotes uocentur, à naso cornuto. In Eliacis quoque de elephantino scribens, tauros Aethiopicos in nase cornu habere testatur. Quamobrem non probo Angeli Politiani iudicium, qui ut Domitium reprehenderet Martialis interpretem, nomen quidem communem, animalia diuersa facit. Sed tauros Aethiopicos Pausanias ueros rhinocerotes esse, à Plini ac Aelia ni tauris Aethiopicis diuersos, contra Politianum in bubus feris ostendi. Elephantes nascuntur, ut Iphicrates scribit, apud Hesperios Aethiopes: et qui rhizæ (ῥίζαις) uocantur, forma tauris persimiles: uita uero, magnitudine, & pugnandi uiribus elephantos referunt, Strab. Aethiopici quidem isti tauri, alij quām rhinocerotes uidentur. Rhinocerotem quidam esse aiunt bouem Aegyptium, (lego, Aethiopicum,) Festus. Indorum lingua hoc animal sandabenamet uocat. שְׂרֵם, uocem Hebraicam in Bibliis interpres alias unicornem, alias rhinocerotem transferunt. Apud Munste rum etiam rimna legitur, in Lexico trilingui, Chaldaice. Idem שְׂרֵם karas uel karasch, (quæ uox in Bibliis non reperitur: alludit autem ad cartazonum, hoc est monocerotem, ut Aelianus appellat) unicornem interpretatur. Quod si uoces reem uel rimna & karas coniunxeris, uox fiet similis Græcae rhinoceros, ut suspicemur uel Græcos Hebraicas uoces duas cōposuisse, uel Hebræos Græcam unā in duas secuisse. Sed de Hebraicis istis uocabulis plura leges supra in Monocerote A. ubi etiam concere me dixi utroque eorum monocerotem potius quām rhinocerotem significari: rem tamen in medio reliqui. Asinus Indicus ungulam unam & solidam habet, cornu quoque unum: hic à quibusdam uocatur rhinoceros siue unicornis: sed potius est animal quod quidam Arabicè uocant archa, & est rhinoceros, cornu in nare unico, ungula sicut bovis bisulca, & habet duo chahab in pedibus sicut cætera bisulca, Albertus de animalibus 1. 1. 3. Et rursus libro 12. Asinus Indicus, inquit, habet unicum cornu: & animal quod quidam ueterum archos, quasi principem, uocauerunt, nos unicornem Latinè, rhinocerota Græci uocant, Huius cornu maximum est, & solidum sicut ceruinum; quod pedes decein,

De Rhinocerote. A. Lib. I. 953



decem, ut ipse mensuraui, longitudine excedit: & diameter eius in radice sesquipalatum, (sesquidrantem intelligo,) superabat. Hæc ille, inepte autem facit, primum quod asinum Indicum ex Aristotle scribens solipedem esse, mox rhinocerotem animal bisulcum interpretatur; deinde, quod rhinocerotem & unicornem confundit: tertio, quod archa uel archos Arabicum nomen faciens libro secundo, (corruptum forte à uoce karas,) duodecimo principem interpretatur ac si Græca esset. Sed et proceritas ista cornu, decem pedes excedens, rhinoceroti puto non conuenit, sed monoceroti cartazono. Nam Oppianus rhinocerotis cornu paruum (hoc est breue, Gillius quoq; paruum transfert) esse scribit: ὅλιγον δὲ τοις ἔργαις ἀντίνα λεπτές οὐδέν, ἀτραχυδίνη, ἄγριον ἔσος. Quod si quis uerbum ὅλιγον 60 non ad cornu quantitatem, sed ad loci distantiam referat, hoc sensu: paulò supra extremum nasum crudele & acutissimum cornu oritur: nos tamen ex ipsa picturæ quam ad uiuum dedimus, proportione, cornu breue esse conuincemus; nam cum supra nares incipiat, & multò infra aures desinat,

longum esse non potest. Aristotelem nusquam huius animalis meminisse miror, quod si ipsi notum fuisset, omnino historiam eius orygi & a fine Indico iungere debebat, ubi unicornium naturam contemplatur lib. 3. cap. 2. de partibus animalium.

B.

Rhinoceros non multò oryge maior est, Oppianus. Elephantē parē longitudine Plinius facit; alij uel parem uel paulo longiore, humiliorem tamen, & breuioribus cruribus. Elephantis longitudine prop̄ par est, breuior cruribus, Plin. & Solinus Aelianus pugnare quidem ipsum aduersus elephantem scribit, fiducia cornu sui, cetera non ei paria cum elephanto, nam hic (inquit) & procerissimus est, & fortissimus. Sed Strabonis ex libro 16. descriptionē recitabo. Hæc regio, (inquit, Indis puto contermina) rhinocerotes fert, qui (ut Artemidorus ait) longitudine parum ab elephantis 19 exceduntur, quod Alexandriæ uidisse affirmat se, ferè etiam quantum ad altitudinem. (Græcè sic legitur in uulgatis codicibus: οὐτε ἡ μακρὸς ἀπολέπουσα τὸ ἐλεφάντα μὲν ἔνορεψις, ἀπερ ἀρτυίδηρός φίσις, ἀλλα σερέψις μέντοι. καὶ περ τὸν ἑρεπίναν φίσας ἡ ἀλεξανδρεία, ἀλλα χρήσις τὸν ὕπορον τῷ ὑψών, ἀπογεύεται ἀφ' εμῆρος ὥρας θύτης, &c.) Eius autem quem nos uisimus color, non buxo, sed elephantī similis erat; magnitudo uero tauri, forma a pro proxima, præsertim quantum ad rictum, præter nasum, qui cornu quoddam est recutuum, (στροφή) omni osse durius, eo pro armis utuntur, quemadmodū aper dentibus. Habet etiam duo cingula (τύλες) tanquam draconum uolumina, à dorso usq; ad uentrem circumdeuntia, alterum iubam (λέφα) uersus, alterum ad lumbum. Nos hæc de eo dicimus, quia nobis uisus est, Hæc Strabo. Color ei buxeus, Plinius, Diodorus, & Solinus. Eius frons leuiter rufa est, & dorsum maculis purpureis distinguitur, Gillius ex Oppiano, cuius hæc uerba, Ηρίας δὲ στροφής αλλα καλλικράτεις μετωπῶν 28 Καὶ πάτη, γέλε μηχαί εἰσι τρίμετρα περφύρετο: ego sic uerterim, Frons pulchris ornata pilis, itemq; dorsum, flavo spectantur colore, quem crebra puncta leuiter purpurei coloris distinguunt, quanquam illud ἡρεμετ, id est, leuiter, ad utrum potius colorem referat, ex uerborum constructione manifestū non est. Pelis eius ea existit firmitate, ut ægræ iaculo penetrari queat, Aelianus. Idem testantur qui nostro saeculo belluam in Lusitania uiderunt: pellem enim habere prædensam aiunt, ceu crustis quibusdam squamatim compactam, colore & figura testam referre testudinis. Plinius buxeum colorem, alij murinum, uel qualis in buxi cortice est, ei attribuunt. ¶ In ludis Pompej Magni exhibitus est rhinoceros, unius in nare cornu, qualis sœpe uisus, Plinius. In naribus cornu unicum & repandum, (id est, modicè reflexum,) Solinus. Breue id esse, superius in A. docui. Acutū est ensis instar, & adeo ualidum, ut quicquid imperierit aut uentilet aut perforet, & ferrum etiam & saxa transfigat, Oppianus, Aelianus. Simū est forma, durumq; instar ferri, Diodorus Siculus. Tertullianus in libro ad uersus Praxeam tertio uerba illa enarrans de ueteri instrumento, (Deuteronomij 33.) Tauri decor eius: cornua unicornis (reem, rhinocerotis Munsterus) cornua eius: in eis nationes uentilabit ad sumnum usq; terræ: Non utiq; inquit, rhinoceros destinabatur unicornis, nec Minotaurus bicornis, & quæ sequuntur. Non placet Eucherius, qui rhinocerota terribilem feram gemina in naribus cornua gestare scribit. Quanquam enim gemina in hac animante cornua specientur, unum in nare, ut diximus, quod grandius; alterū superius, paruum admodum, & inutile, cum eo uti bellua non possit, ut in pictura apparet, quare uix cornu etiam nominatur: ut non sit reprehendendus, qui ab altero mediocriter magno & utili unicornem hanc belluam esse dixerit. Rhinoceroti in summo naso cornu singulare est, & aliud supra ipsum non magnum, (aliqui hæc citantes, de suo addunt, sed uali- 4a diffimum, nam Græci codices non habent) in capite nullum unquam, Pausanias in Boeoticis. Hos Martialis uersus libro 1. Namq; grauem cornu gemino sic extulit ursum, Iactat ut impositas tau- rus in astra pilas, Domitius ita enarrat. Gemino (inquit) cornu, forti & uehementi. Vergilius, Ge- mino dentalia dorso, uel quoniā rhinoceros habet duo cornua, ut apud Pausaniam solum legit. Taxat hanc interpretationem Politianus, quæ mihi sanè proba uidetur, & picturæ, quam dedimus, con- sentanea: & Pausaniae autoritate nititur: ipse Politianus aliam coactam, & ineptam, ut ego iudico, assert. Ursum (inquit) uidelicet à rhinocerote cornu illo unico elatum, electatumq; sentit grauem ge- mino cornu, hoc est grauem tauro futurum, cui sunt cornua gemina. Conueniebant sanè gemina huic belluae cornua, cum bisulcum sit. Solipeda enim omnia cornibus carent præter asinū Indicum, qui unicum tantum gerit, Aristotele teste. Itaq; Eucherium dicemus, non in numero errasse, sed in 5a loco, quod in naribus utrumq; haberis scribat.

C.

Coitus auersus elephantis, camelis, rhinoceroti, leoni, &c. quibus auersa genitalia, Plinius & So- linus. Sexus discrimen rhinocerotes non habent, sed omnes eius generis mares apparent, fœminæ nunquam, neq; constat de generatione ipsorum, Oppianus.

D.

Contra elephantum pugnaturus cornu saxis exacuit & limat: mox eo cuspidato elephanti crura toto rictu subiens, altum petit, quam scit esse molliorem & suis tibibus peruiam, eamq; discepit, Plinius, Solinus, Aelianus, & Diodorus Sic. Vincitur & sanguine fuso exanguis procumbit elephas. Pugna eis pro passionibus, quibus tuendis multi mori dicuntur. Quod si uentrem non præoccupat rhinoceros, sed in aliam elephanti partem aberrat, proboscide feritur ac dentibus laniatur: quo- rum uis utcunq; firmissimam illius cutim & uel iaculo difficilem penetrat, Aelianus. Veram hanc inter-

De Rhinoc. E.G.H.a.b.e.h. Lib. I. 955

inter hasce belluas discordiam esse, compertum est etiam Vlysbonæ, cum elephas rhinocerotem illum, cuius hæc pictura est, productum fugit, ut mercatores testantur, qui etiam ingenio callidum, a lacre, uelox & agile hoc animale esse aiunt.

E.

Isidorus author est, quosdam qui de animalibus scripsérint (quorum nomina exprimit) non alio modo capi rhinocerotem afflere, quam puella uirgine proposita, &c. ut in Monocerote E. retulí. Sed ille hoc animal cum monocerote confundit: ut alij etiam ex recentioribus, qui rhinoceroti cornu è media fronte prominere, captumq; eum præ indignatione & furore mori falsissimè scribunt. Monoceroti enim ista omnia, non rhinoceroti, attribuuntur à Græcis authoribus, quanquam illis etiam recentibus. Sub Gordiano Romæ monocerotem unum fuisse Iulius Capitolinus scripsit.

G.

Recentiores quidam tum medici tum alij, rhinocerotis cornu ad medicamenta non rectè requiriunt: decepti nimis ab Isidoro, Alberto, ac similibus, qui rhinocerotem cum monocerote confundunt, ut dixi in A. Veterum quidem nemo ex rhinocerote quicquam inter remedia ponit: monocerotis uero uel alij non agriue Indici cornu, contra uenena & alios quosdam affectus miram habere facultatem Græci recentiores prodiderunt, ut in Monocerote docui.

H.

a. Rhinoceros Græcis duobus modis inflectitur, communiter, crescentibus obliquis, *γρινόκερος, γρινόκερων*. Atticè uero non crescentibus, *Ἐγρινόκερος*: sic Pausanias, *Τάῦρος Αἰδίωντις ἡλιος τηνέτελλος την ἀρμάτησαν γρινόκερος*. Michaël Herus nomen Germanicum ei finxit *helfantenmeister*, hoc est uictor uel dominus elephantis. Visupatur etiam pro genere uasis oleum guttatum fundente lauantibus se in balineo. Martialis lib. 14. de gutto corneo: *Gestauit modo fronte me iuuencus, Verum rhinocerota me putabis.* Et mox ibidem sub Rhinocerotis inscriptione, inter uasa: *Nuper in Auseonia domini spectatus arena Hic erit ille tibi, cui pila taurus erat. Iuuenalis Sat. 14. Exitus hic est Tongilli, magno cum rhinocerote lauari Qui solet. Apparet sanè uasi nomen à figura impositum, à qua Lucilius etiam in Satyris rhinocerotem uocauit hominem cui dentes prominebant, sursum scilicet ut apro. Brunci (alias Bronci, uide in Cane celere) sunt producio ore dentibus prominentibus. Bruncus (broncus) nouit lanius dente aduerso (Hermolaus uocem, aduerso, reliquit) eminudo, hic est rhinoceros, Lucilius apud Nonium. ¶ Sunt qui rhinocerotis nomine in Aethiopia proprij generis aues intelligent, Cælius ex Hesychio & Varino. Rhinocerotia cornua grammatici quidam dicere nescio quo authore fretti.*

b. In Raptis emporio iuxta mare rubrum, plurimum est ebur, item rhinoceros, Arrianus in Periplo. Intelligit autem forte cornu tantum rhinocerotis nomine, ut & elephantem pro ebore Græci dicunt per synecdochen. Dic mihi quæ superis sint acceptissima dona. Principium nasi rhinocerotis amant, Aenigma Francisci Nigri nostri. Heliogabalus rhinocerotem Romæ habuit, Lampridius.

c. Rhinocerotem Pompeius Magnus in spectaculis Romæ primus ostendit, Plinius, Solinus, Seneca. Atqui Dion historicus, Augusto de Cleopatra triumphante, hippopotamum & rhinocerota primum uisus Romæ scribit, Cælius. Edita munera in quibus tigrides & rhinocerotes, &c. exibuit, Capitolinus in Antonino Pio. Rhinoceros apud Martialem lib. 1. in spectaculis Domitianiani Cæsaris exhibitus, taurum cornu suo in aëra sublimem reiecit, & rursus etiam ursum. O quam terribilis exarsit pronus in iram, Quantus erat cornu, cui pila taurus erat. Hunc locum expositi in Tauro h. c. Lycion (succum medicatum) Indi in utribus cætelorum aut rhinocerotum mittunt, Plinius.

d. Nasutos homines, & qui doctè nouerint alios irridere, Martialis libro 1. rhinocerotis nascum habere dicit, his uersibus: *Maiores nusquam rhonchi, iuuenes q; senes q;* Et pueri nascum rhinocerotis habent. Nasus enim per se quoq; subdolæ irrisioni dicatus est: sed hanc partem rhinocerots & maximam habet, & cornu repando insignem, quare ab eo potius quam ullo alio animali, ad proverbialem hunc sensum assumpta est. Naso suspendis adunco, Horatius in Serm. Rides ait & nimis uncis Naribus indulges, Persius.

R H I N O C E P H A L U S ceruicem habet equinam cum uniuerso corpore: flamas ore eruat, quibus homines pereunt, Physiologus author obscurus.

DE SCI V R O.

A.

C I V R V S Græcum nomen est animalculo datum à cauda, qua supra dorsum reflexa se tegit & inumbrat, ita ut quem sub dio est cauda illi pro techo sit, ut pedes hominibus illis quos sciapodes fabulosè nominant. Græci ueteres nusquam eius meminerunt, sed primus quod sciām Oppianus qui Antonini Cæsaris tempore uixit, sciurus nominauit. Latini non men non habent, sed Græco utuntur, à quo aliarum etiam gentium aliquot deducta sunt nomina,